Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

D. Friedrich Eberhard Boysens Philologische Bibliothek für die niedern Schulen

Boysen, Friedrich Eberhard

Quedlinburg, 1766

§. XLV

urn:nbn:de:bsz:31-263854

Visual Library

lignum durum, ſpeciatim vel *cedri* vel *cupreſſi* ſpecies, vel *fraxinus*, ex qua haſtæ confici potuerunt. Nah. II, 4. græcis *μελία*, ab ar. מַלָא *in longum tempus duravit*, quod de lignis duris et compactis dici poteſt. Hoſ. XIV, 9. dicitur ברוש רענן *fraxinus, viridis, frondoſa, folioſa*, pabulum præbens apibus ad *μελι*, ſicut Hesychius auctor eſt, eſſe *γένος δένδρȣ, ὅθεν τὰ μέλιτα*. A LXX. varie redditur, ut Eſ. XXXVII, 24. per *κυπάρισσος*, *cupreſſus*; 1 Reg. VIII, 5. 10. per *πεῦκος*, *pinus*, *larix*, cujus ſuccus *amarus* eſt, adeoque a vermium *infeſtatione*, et *corroſione* immunis, quod ad diuturnitatem ligni multum confert. Idem vero eſt בְּרוֹת formæ chaldaicæ. Nam Cant. I, 17. LXX. eſt *κυπάρισσος*, *cupreſſus*, ſpecies *cedri duriſſimæ* potius.

§. XLV.

P. 150. בָּשָׂם radix inuſitata; apud Syros et Chaldæos בְּסַם *gratus*, et *ſuavis fuit*. Vnde duplex forma, una בָּשָׂם *kamezata*, *aroma*, *balſamum*, unde בְּשָׂמִי Cant. V, 1. altera בֶּשֶׂם *ſegolata*, idem Exod. XXX, 23. et בֹּשֶׂם Exod. XXXV, 28. Eſ. III, 24.

§. XLVI.

P. 151. בָּשַׁשׁ *tardatus*, *cunctatus eſt*. Part. præſ. בשש *cunctans*, *morans*. Apud Arabes בסס eſt *leniter propulit*, vel *fecit quid*. Qui autem *lente* quid facit, *cunctari* cenſetur.